



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XLVIII. Crure capta repente sanatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

S. Ignatij effigie sustinuit brachiis , flens sancti suffragio commendauit; peracta re sacra , sic sanum deprehendit , vt impositus altari, per se in pedes consisteret, quod piæ matris acerbas lacrymas gratulatoriis mutauit.

XLVII.

*Paralytica
sanatur.*

Annam Barcelloniam sexagenariam , ea biennium tenebat paralysis , vt gressum nisi misere se trahens , & fulciente aliquo, non moueret. Huic interuenit apoplecticus affectus , & intercluso medio corpore , lecto affix immobilem , ad hæc sœui dolores partem apoplexi superstitem , ita cruciant, vt toto oculu oculos in somnum non clauderet. Nihil ergo deinceps humanitus ab hominibus expectantem , adegit necessitas eò fidentius ad S. Ignatium confugere , ac inuito licet membrorum stupore , obstinavit animum per se illi se sistere , confisa illum haudquaquam passurum , vt dominum inanis rediret; nec eam sua persuasio fecellit , adminicula sibi tot adiunxit, vt exiguum illud quod intererat spatij ab suis ædibus in templum nostrum , duabus horis demum confecerit. Ibi sancto promittit , nouen-dialem precem , sacrum vnum , cereum anathema , confessionem peccatorum , & in eius sacello sacra Eucharistia sumptionem. Votum edidet , & miratur se repente sanari , reuiuscit , excusisque tot morbis dominum redit absque adminiculo sola ; postridie integrè iam valens , templum repetit liberatura promissi fidem.

XLVIII.

*Cure casta
repente sanata
tur.*

Est Manebrega Hispaniæ oppidū duabus ab Calataude leucis , illic in æde curiali Valerius Piquerius è Societate per quadragesimam concionatus est anno 1623 , cumque in templi sacrario animaduertisset S. Ignatij tabulam, stantis & calvam mortui altera , librum manu altera præferentis , rogauit eam in templum transferri , & ad publicam venerationem in facello reponi. Quod solemni ac frequenti pompa die altero paschæ peractum est , verba fecit ad populum pater de sancti laudibus , & miraculis , eius deprecatione impetratis. Quibus in eius fiduciam ex iis qui aderant mulier , accendi se sensit : erat hæc Hieronymi Ladronij Gueuarensis vxor Mariæ Gasconia nomine , & cruce altero deformiter claudicans , procedere tres passus non poterat nisi aliquo sustentante. Promisso igitur se S. Ignatio obstringit si valetudinis optato se dignetur bono , ex templo miraculum voce contenta vulgaturam. Vix precationem votumque clauerat , cum enodari pes , laxari producique nerui , ipsa consurgere , staréque in pedes tam firmiter , vt si nunquam iis fuisset affecta. Voce ergo quantum potest elata mixtis præ gaudio lacrymis Miraculum inclamat , procurritque ad sa-cellum festina in quo sancti effigies locata fuerat , stupente populo , quam dudum viderat incessu priuatam momento valuisse.

XLIX.

*Brachio ca-
pta persana
tur.*

Nouitatem rei spectabat Maria Parientia Alfonsi Boëssij coniux , & liberalitate permota S. Ignatij , tantulis precibus tanta indulgentis; eadem qua prior conditione ausa est petere lœvum brachium sibi restitui , stupore emortuum , & medicatione chirurgorum , quam suopte malo deterius. Auditur precantis fiducia , ex crepitu ossum , & peruvadente brachium vigore insolito sanari se sentit , experturaque rem brachij motu , vbi valens

&